

TABVLA  
RECITATIONVM

IN


ACADEMIA LVDOVICIANA

PER SEMESTRE HIBERNVM

A DIE XVIII OCT.

CIDICCLXXIII.

(INCHOANDARVM.



GISSAE,

litteris IO. IAC. BRAVNII acad. typogr.

RECTOR ACADEMIAE  
D. CHRISTIAN. HARTM.  
SAMVEL GATZERT

ICTVS

CVM SENATV.

**O**mnium generum poetae pariter ac morum praeceptores quum ad industriae studium cohortarentur, apes nobis, exiguas illis quidem bestiolas, quae autem

Ingentes animas angusto in pectore versant;

imitandas proposuerunt. Sic Seneca: Apes debemus imitari, quae vagantur, & flores ad mel conficiendum idoneos carpunt, deinde quicquid attulere, disponunt, ac per fauos dirigunt. Sic vernaculus poeta:

----- Das Bildniß rechtschaffener Weisen,

Die sich der Heimath entziehen, der Menschheit Gefilde durchsuchen,  
Und dann heimkehren zur Zelle mit süßer Beute beladen,  
Uns Honig der Weisheit zu liefern.

Vos, aestimatissimi commilitones, etiam per hoc, quod instat, semestre hibernum scientiarum dulcissimarum suavitatem non aspernatos esse, confidimus, quid, quod ut maiori alacritate, quam per aestiuum calorem licuit, eam persequamini, optamus, ut cum Virgilio dici possit: *Feruet opus!*

---

LECTIONES ORDINARIAE THEOLOGICAE.

D. IO. HERMANNVS BENNER

*Academiae Senior.*

Quando nihil prius & antiquius nobis esse debet, quam tradere, puramque conseruare sanio-rem doctrinam; hanc praecipue partem dogmaticam collatis vbique libris symbolicis, pro more, tractabimus, idque publice. Quae ad praxin, & exegetin regulis hermeneuticis conformem pertinent, priuato studio dedicabimus, cum ad vtrumque nostra suppetant compendia. Disputandi exercitationes, vel argumenta publicam in lucem proferenda, pariter in promptu erunt.

D. IOHANNES GEORGIVS BECHTOLD

Hora VIII. Theol. dogmaticam duce Ven. Gunnero praeleget. Hora VIII. in S. V. Ernesti institutionem interpretis N. T. commentabitur. Horis aliis ab ipsis Commilitonibus eligendis repetitas Theologiae moralis, pastoralis, & symbolicae, item iuris Naturalis praelectiones promittit.

LVDOVICVS BENIAMIN OUVRIER

Hora X - XI. Theologiam Moralem, ad D. Lessii Compendium docebit. Hora XI - XII. Dogmaticas praelectiones in Danouii Institutiones continuabit, regulas vero hermeneuticas, hora suo tempore indicanda, tradet.

D. CAROLVS FRIDERICVS BAHRDT

Per semestre hybernum Historiam ecclesiasticam medii aeni ad ductum compendii sui enarrabit, lectionesque cursorias in Nouum Testamentum, interpretatione philologico - critica epistolae ad Hebraeos, absoluet. Praeterea prophetas minores commentario perpetuo illustrabit. Scholas disputatorias & examinatorias rogaturis offert.

ACROASES IURIDICAE

D. IO. CHRISTOPHORVS KOCH

Digesta hora IX - X. & XI - XII. Ius criminale hor. II - III. & Ius canonicum atque ecclesiasticum Protestantium hor. X - XI. docebit. Ius cambiale hora commoda explicabit, ad alias quoque lectiones paratus.

D. CHRISTIANVS HARTMANNVS SAMVEL GATZERT

Ius Germanicum publicum ad PÜTTERVM hor. IX - X. priuarum ad SELCHOVIUM hor. X - XI. Feudale duce BOEHMERO hor. XI - XII. denuo tradet; Scholas Practicas hor. III - IV. aperiet.



## D. LVDOVICVS IVLIVS FRIDERICVS HOEPFNER.

Scholas examinatorias *publicas* aperiet hora VIII. *Privatis* hora X - XI. *historiam iuris*, II - III. *institutiones iuris romani*, III - IV. *literaturam iuris* tradet.

### HELVICVS BERNHARDVS IAVP,

*Historiam imperii Rom. Germ.* antiquiorem pariter ac recentiorem, cuius solidiori cognitione carere omnino non possunt iurisprudentiae cultores, more solito enarrabit, ius publicum medii aevi selectis observationibus illustraturus. *Ius publicum Germanicum* hodie iterum praeleget, & *ius privatum principum* separatis horis proponet. In vetustissimam, quae *processus imperii*, iusto licet angustiori, nomine vulgo venire solet, scientiam praelectiones denuo instituet. In his omnibus tradendis *Püttero* duce utetur. *Historiae & iuris publ. Hassiaci* summa capita tradet auditoribus, qui tamen, ut notitiam historiae imperii & iuris publ. German. generalis adferant, monendi sunt. Collegium quoque *iuris gentium Europ. practici*, praecunte Venerando Sene, Perill. *Mosero*, aperiet. Horas & valuis publicis indicabit.

### INSTITVTIONES MEDICAE

## D. IOAN. WILHELMVS BAVMER,

*Med. Prof. primar.*

Hor. X. *Chemia generalis*, atque *pharmaceutica* ad finem perductis, iam *metallurgicam* ad suas theses tradet. Hor. XI. *Lectiones Pathologico - Therapeuticas*, singulis morbis accommodatas, hoc semestri absoluet. Diebus Mercurii atque Saturni horas pomeridianas a secunda vsque ad sextam, processibus metallurgicis impendet. Praeter ea *Medicinae Candidatis* medicinam clinicam faciendi occasionem subministrabit.

## D. GEORGIVS LVDOVICVS ALEFELD

Horis pom. a I - III. *methodum secandi* in cadaueribus humanis monstrabit, quibus laboribus interdum *brutorum dissectiones* interponet. Hor. III. p. m. *partes corporis humani* secundum artis regulas praeparatas demonstrabit. In *dissectionum internallis* praelectiones *osteologicas*, aut alias, quaecunque desiderabuntur, instituet.

## FRIDERICVS AVGVSTVS CARTHEVSER,

*Med. Prof. ord.*

Hor. IX. - X. *Elementa Materiae medicae* ad praeccepta sua tradet. *Methodum* quoque *Formulas medicamentorum concinnandi* explanabit.

### RECITATIONES PHILOSOPHICAE

## ANDREAS BOEHM,

*Log. Metaph. & Mathem. P. P. b. a. Decanus.*

In *logicam* h. IV, in *metaphysicam* h. V, in *mathesiu applicatam* h. II. praelectiones denuo instituet. Praeterca pro desiderio commilitonum vel *algebram*, vel *physicam*, vel *ius naturae* docebit. *Bibliothecam publicam* consueto tempore aperiet.

## FRIDERICVS AVGVSTVS CARTHEVSER,

*Physic. Prof. ord.*

Hor. VIII. - IX. *Historiam naturalem regni mineralis*, substrato systemate *Woltersdorfiano*, enarrabit. Hor. X. - XI. diebus Mercurii & Saturni *doctrinam de aere & mercoris* exponet.

## IO. CHRISTOPH. FRIDERICVS SCHVLTZ

*LL. Orient. Graec. & Antiqu. P. P. O.*

*Vtramque ad Corinthios* interpretabitur hor. X - XI. *Grammaticam hebraicam* hor. II - III. *linguam Syriacam* h. III - IV. tradet. *Iliados*  $\alpha\psi$ . A --- Z explicabit hora IV - V. Neque in *anglicana lingua* tradenda officio suo decrit. —

## D. CHRISTIANVS HENRICVS SCHMID,

*Poeseos & Eloquentiae P. P.*

Hor. IV - V. alteram, quae reliqua est, *Historiae Catholicae* partem absoluet. Hor. V - VI. *C. Crispi Sallustii*, quae extant, explanabit. Quicumque *institutiones styli cultioris*, etc.



musica poetices, historiam linguae Latinae, aut artis criticae praecepta desiderabunt, eorum studiis libentissime morem geret.

ERICVS CHRISTIANVS KLEVESAHL,

*Phil. D. & P. P. O.*

**D.** A. docendae Philosophiae practicae munere nuper admodum clementissime demandato ita fungitur, vt in scholis publicis *Historiae Iuris Naturalis primas lineas Perill. Gebaueri locupletius exaratas*, vna cum *tract. de obligatione naturali*, auditorum in vsus prelo committendas, horis suo tempore indicandis, explicet. Hora VIII. *Perill. Darjesio praeuenire* praelectiones suas in *Ius Naturae & Gentium* inchoare priuatas, idque tam *examinando*, quam *disputando* animis inculcare decreuit. Hora IV. *disciplinam* tradet *moralem*, quam dictatorum quorundam ope ita docturus est, vt desiderantibus simul ad exercitationes dicendi practicas perueniendi occasio praebetur. Hora I. denique *Historiam vniuersalem* de integro ordietur.

HENR. MART. GODOFR. KOESTER,

*Prof. Histor. Polit. & Scient. Cameral.*

Praelectiones suas historicas, philosophicas atque oeconomicas, horasque iis destinatas sub aduentu suo indicabit.

LECTIONES EXTRAORDINARIAE.

IOANNES CHRISTIANVS DIETZ,

*SS. Theolog. Professor publ. extraord.*

**D.**ecurso historiae ecclesiasticae N. T. spatio, Nobiliss. Dom. commilitonum desiderijs excitatus, eandem a calce ad carceres reuocabit. Praeterea introductionem historicoanatomicam in omnes, quam late patent, Noui Testamenti libros, qua Sacrum hunc codicem perlustraturis lux largissima adfunditur, eamque semestri hiberno bono cum Deo finiendam, tradet. In graecis & ebraicis institutionibus operam suam cupientibus haud denegabit.

IO. CHRISTOPH. FRIDERICVS SCHVLTZ

*SS. Theol. P. P. Extr.*

**C.**um Ornatissimis *Seminarium Concionatorum* Sodalibus, omnis generis labores pastoraes, tam publice in templo, quam priuatim in auditorio domestico, continuabit, hor. I - II. pomerid. --- Theologiam moralem ex *Lessio* docebit hor. IX - X. matutina.

D. CHRISTOPHORVS LVDOVICVS NEBEL,

*Medicinae Professor publ. extraordinarius.*

**A.**bsolutis praelectionibus theoreticis in artem obstetricandi, practicas in alteram partem *Compendii Steiniani: praktische Anleitung zur Geburtshülffe in widernatürlichen und schweren Faellen*, singulis diebus, festis exceptis, proponendas ordietur. *Platneri* institutiones chirurgiae rationalis ad finem vsque interpretabitur, operationes chirurgicas, in theatro anatomico in cadaueribus peragendas, subiuncturus. *Demonstrationes* quoque *Orheologicas* instituet & his absolutis reliquis *Anatomiae* partes ad filum *Compendii anatomici Heisteri* persequetur; *Institutiones* denique priuatissimas in aliis disciplinis medicis desideraturis non denegabit.

**P.**raeter ista Generosissimis Nobilissimisque Ciuibus de *luculenta equitandi, pugnandi gladio* *Salsandique palaestra*, *Gallicae* item & *Italicae* linguae scholis, per magistros eorum peritissimos, publice constitutos, abunde prospectum est.

